Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



permanerent · postapud arelatum memoratum imperatorem
eandem causam diligentius examinandam terminandam que
curesse · illos uero abecclesiastico iudicio puocasse · ut causam con
stantinus audiret · Quo postea quam uentum est · utrumque paste
assistente innocentem caecilianum fuisse iudicatum · atq: illos recessisse
superatos · et in eadem tamen puersitate mansisse · Nec de filicis
autum nitani causa neglegentiam consecutam · sed ad eiusdem prin
cipis iussionem pconsularibus gestis etiam ipsum fuisse purgatum ·
Sed quia haec omnia dicebamus tantum · non etiam legebamus · minus
pfecto uobis agere uidebamur · Quandenunc exspectabatis instantia ·
Quod ubi sensimus ad ea que legenda pmiseremus · Non distulimus
mittere · que omnia duco excurrimus ad ecclesiam gelizitanam · inde
ad urm oppidum reuersuri bidui non pleni intermissioni uenerunt ·
atq: ut nostis quantum tempus ammisit · uno die recitata sunt uobis ·
Primo ubi secundum tigisitanus confessos traditores a collegio suo remo
uere non ausus est · cum quibus postea non confessum et absentem
caecilianum aliosque suos collegas damnare ausus est · deinde gesta
pconsularia · ubi felix diligentissimo examine pbatus est innocens ·
Haec ante meridiem uobis lecta esse meministis · post meridiem
uero recitauimus preces eorum ad constantinum · Datisq: ab eo iudi
cibus · gesta ecclesiastica in romana urbe habita · quibus illi inpba
ti sunt · Caecilianus autem in episcopalia honore firmatus · Postremo
constantini imperatoris litteras · quibus omnia multo maxime
testatissima claruerunt · Quid uultis amplius homines · quid
uultis amplius · Non de auro et argento uro agitur · non terra ·
non predia · non deniq: salus uri · corporis in discrimen uocatur ·
De adipiscenda uita aeterna · et fugienda morte aeterna compella
mus animas uras · Expgiscimini aliquando · Non in aliqua
obscura questione uersamur · non recondita secreta rimamur ·
quibus penetrandis · uel nulla · uel nera humana corda sufficiant ·